



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Tertium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

A Pontifex vſurpatione improbata Suſato vna cum medietate oppidi Xanteniſis Archiepiſcopum Coloniſem iniuſte excluſum reſtitui iuſſit:] Hæc ferè ex manuſcriptis, noſtra tamen tempeſtate etiamnum Suſatentes Marcanorum Comitum Imperio obſequuntur.

Caput Tertium.

De prænunciata eius morte.

B **P**LACUIT circa idem tempus Spiritui ſancto, martyris ſui finem qui- Religioſis, buſdam viris religioſis, idque diuerſis in locis reuelare. Monachus quibuſdã quidam congregationis noſtræ, iuuenis probatæ vitæ, Abbati noſtro ſe- viris mar- cretius dicebat: Domine; ſi qua habes tractanda cum Archiepiſcopo, tyriũ eius ne differas: qui breui morietur. Poſt dies paucos infirmarius noſter, reuelatur. Winandus nomine, pro negotio quodam ad illum Suſatum directus eſt. Qui cum in Veteri monte, domo Ordiniſ noſtri pernoctaret, & mane veller recedere. Supprior ſubſecutus, ait ad eum: Eſt apud noſ conuerſus quidam, ſpiritum habens propheticum, ſicuti ſæpe experti ſumus. Is tribulationem ingentem breui Domino noſtro Archiepiſcopo euenturam prophetat. Quapropter rogo voſ, vt moneatis eum, vt cautus ſit ſeque cuſtodiat. Cui ille reſpondit, Satiuſ eſt me id tacere, nam pro friuolo habiturus eſt. Veniens inde ad Epicoſcopum, benigne ſuſceptuſ eſt & expedituſ, nec quicquam tamen illi hac de re indicare auſuſ fuit.

Notatio ad Caput Tertium.

D **S.** Placuit circa idem tempus Spiritui Sancto.

TEmpora S. ENGELBERTI ornata fuiſſe viris diuino Spiritu afflatis, nemini temporum illorum inueſtigatori non notum eſt, quos inter in vetere Abbatia Montana, Martyrinum S. ENGELBERTI eo quo contigit modo prædixit

B. Ioannes
Horichem

R 3

B. Ioan.



A

Conradus
Legatus S.
Engelber-
rum præ-
monuit.

B. Ioannes de Horichem; cuius meminit Cæsarius lib. 7. dia-
log. cap. 7. quemque Chrysoſtomus Henriquetz in menolo-
gio Cisterciensi ante diem 4. Id. Maii his laudat verbis. *In*
Germania B. Ioannes conuersus qui in Veteri Monte habitum Religio-
nis assumpsit, & dono Prophetia ac variis visionibus illustratus, atque
eximia sanctitate celebris ad cælestem gloriam transcendit. In ma-
nuscriptis quoque codicibus reperio à Conrado Portuensi
Legato Apostolico B. ENGELBERTVM de periculo suo
monitum. His similia libri tertij capite vltimo proferuntur,
vbi & de geminaluna à B. Hermanno Steiueldensi visa.

B

§. Infirmarius noster Winandus.

Commemorat hunc virum Cæsarius dialogorum lib. 9.
cap. 2. & lib. 10. cap. 2.

C

Caput Quartum.

Constitetur Generaliter Episcopo Mindensi.

Vide ani-
mum can-
didum, &
pacis stu-
diosum.

DIE sequenti Dominus Episcopus literas indices mortis suæ accepit.
Quas cum legisset, in ignem mittens, pedibus conculcavit, ne dis-
cordiæ seminariū fierent inter ipsum & cognatum suum Comitem
Fridericum. Recitauit tamen eas Episcopo Mindensi, qui præsens erat.
Cui cum diceret ille, Caue tibi Domine propter Deum, non solum tua
causa, sed etiam pro vtilitate Ecclesiæ nostræ, & totius terræ salute: re-
spondit ille, Angustiæ mihi sunt vndique, & quid mihi faciendum, Do-
minus nouit, prorsus ignoro. Væ mihi, si tacuero: si autem eis propo-
suero, dicent, imo amicis & cognatis de me conquerentur, quod patri-
cidij crimen eis impingam. Non solum de Friderico, sed de Godefrido
& Wil-

D